Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8164
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

LAMSPRING uocor, natus domo
Germanus ex uetusta.
Hac iure gesto insignia,
Et laude comparata.
Mihi Sophorum scripta sunt
Vt lecta, sic aperta,
Artis scio fundamina
Et institutione,
Hanc consecutus gratiam
DEI benignitate.
Qui Spiritum Sapientiae
Largitus ingenio.
Hinc auctor huius sum libri
In ordinem reducti,
Vt pauperes et diuites
Intelligant legentes.
Vix huic parem poemati
Videbitis libellum,
In quo mei (sit laus DEO)
Oblitus haud, recordor.
Nam sunt mihi fundamina
Et ueritas reperta.